



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 2. Traduntur nouem rationes, quare maximè linguæ nostræ
attendendum sit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

Hinc quidem Christianorum ob
aureos quasi sermones qui ex eo
rum ore prodierunt aurei oris co
gnomen meruerunt. Sic lumen il
lud Græciæ D. Ioannes Archiepi
scopus Constâtinopolitanus Chry
sostomi nomen inter Patres Eccle
siæ obtinuit.

CAPVT II.

*Traduntur decem rationes quare maximè
linguæ nostræ attendendum sit.*

Huius rei prima ratio esse po
terit, eo quòd inde apud alios
agnoscatur quales simus. *Ex ab
undantia siquidem cordis os loquitur.* vt est Luc. 6. 45. Nam vt ibidem
dicitur & Matth. 12. 35. *Bonus ho
mo de bono thesauro profert bona, &
malus homo de malo thesauro profert
mala. De ore enim Matth. 15. 18. quæ
procedunt, de corde exeunt, & ea coin
quinant hominem. De corde enim ex
eunt cogitationes mala, homicidia, ad
dulteria, fornicationes, furti, falsa*

testi-

ob testimonia, blasphemia, hac sunt qua
 eo coinquinant hominem.

co. Secunda ratio, quia vt est Matt.
 n il. 12. 37. *Ex verbis tuis iustificaberis &
 epi. ex verbis tuis condemnaberis.* Cuius
 ry exemplum est manifestum in A-
 cle malecita qui 2. Reg. 1. 16. asserue-
 rat se Saulum occidisse, quem Da-
 uid præcipiens interimi, dixit. *San-
 nè guis tuus super caput tuum: os enim
 tuum locutum est aduersum te, dicēs:
 po. ego interfeci Christum Domini. Si-
 mio iudicium fuit de his qui tulerunt
 ab caput Isboseth Dauidi in He-
 qui bron. 2. Reg. 4. 10. Quin & ser-
 uis nequam Luc. 19. 22. de ore suo
 iudicari dicitur. De hoc modo co-
 gnoscendi hominem loquens D.
 fer. Chrysofostomus hom. 26. ad popu-
 lum Antiochenum. *Ab ore, inquit,
 qui & lingua dignoscamur. Dic enim
 in. mihi: aues quæ psittaci dicuntur vn-
 ex. de noscuntur? Nonne humano
 a. more loquendo? Et nos itaque lo-
 il. quendo**

quendo sicut Apostoli, noti fiamus
loquendo sicut angeli. Hæc ille.

Tertia ratio est, quòd vetemur
hominem laudare nisi eum prius
audiamus loquentem, Eccl. 27. 8.

*Ante sermonem non laudes virum,
hec enim tentatio est hominum.*

Quarta, vt putemur sapientes.
Vnde Iob cap. 13. 5. amicis suis lo-
quens, inquit: *Utinam taceretis vt
putaremini sapientes, exemplo stul-
ti, de quo Proverb. 17. 28. Stultus
si tacuerit sapiens reputabitur.*

Quinta, quia de omni verbo o-
tioso danda erit ratio in die iudi-
cij, Matth. 12. 36. de quo latiùs in-
frà capite decimo.

Sexta, ob augmentum gratiæ
Ecclesiast. 32. 9. *Audi tacens, &
pro reuerentia accedet tibi bona gra-
tia.* Quòd maximè conuenit disci-
pulo, vt dicemus infrà capit. 33.

Septima ratio est, temporis ma-
litia, non quidem quòd tempus

in se malum fit, aut dies mala, sed quòd ex malitia hominum sic denominentur. Quae de re tradita peccatorum Iudæorum serie, Dominus apud Amos Prophetam ita loquitur capite 5. 12. 13. *Quia cognoui multa scelera vestra & fortia peccata vestra. Ideo prudēs in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.*

Octava ratio est, propter quàm plurima incommoda loquacitatis & linguæ effrenis, quæ infra à capite tertio ad cap. 20. septuaginta octo trademus.

Nona ratio, ex contrario loquacitatis, taciturnitate & silentio, cuius nullo auro, aut lapide pretioso comparabiles fructus quinquaginta duos, à cap. 20. ad cap. 23. luce meridiana clariùs cognoscere poterit. Et nunc quidem incommoda loquacitatis æqua iudicij lance & maximè ad trutinam sacrarum literarum ordine ferè alphabetico examinemus.